SOCERUM

Mœſtiſſimum

VIRUM

Magnificum atq; Excellentiſſimum

DN. SEBASTIANUM Gottfried Starcken/

S.S. Theol. Doctorem Celeberrimum, Paſtorem atq; Superintendentem Freibergenſium vigilantiſſimum,

Filiolam

Natu - minimam

MARIAM CHRISTINAM,

Deſideratiſſimam,

amare-lugentem

σύνθρηνος *Gener*

JOH. MICHAEL Strauß/ SS. Theol. Doct. & Superintend. Hertzberg.

Solatur

Elegia ſeqventi.

HÆc rerum eſt facies: miſcentur triſtia lætis:
Gaudia non durant perpetuoqve manent.
Ludit in humanis ſolita inconſtantia rebus,
Ut crux mox lucem, lux comitem crucem habet;
Si non anticipat, ſeqvitur veſtigia paſſu.
Luctum indiviſum gaudia noſtra manent.
Heu! mihi teſtis eris, qvam vix Hymenæus aduſſit
Tædis, mox fœdat trux Libitina, Domus.
Tu Reverende SOCER, ſimul ac Dulciſſima SOCRUS,
Cum PROSOCRU PROSOCER, teſtis & ipſe cluam.
Mox patrius luctus pia gaudia noſtra fatigat,
Extorqvet lachrymas mors inopina graves.
O, qvam ſunt tenui pendentia gaudia filo!
Et qvæ vix cœpit, qvam cito vita perit!
Infanda heu! celeri dedit argumenta dolori
Omnibus exceſſus, parvula Nata, tuus.
Qvum tamen inſanô haud flectuntur fata dolore
Nec qvid ſingultûs ingeminare juvat;
Hinc lachrymas nimias lamenta ſuperflua culpo,
Pectore proſcribo, nec moderata veto.
Eſt modus in luctu ſunt certi deniqve fines,
Qvos ultro haud poterit luctus habere locum.
Qvare Chare SOCER, SOCRUSq; hîc figite legem,
Jova-dator natam, qvam dedit, en repetit.
„ Qvos Ipſe elegit, qvos deperit arctius, aufert,
„ Mature & noſtris ſurripit ex oculis.
„ Ne fortaſſe illos fœcunda hæc tempora culpæ
„ Turpificant, animæ concipiantqve malum.
Siſtamus lachrymas nam cœlica gaudia captat,
Paſcitur aſpectu, Nata tenella, DEI.
Sancta ſalutiferos Chriſti nunc ſpectat ocellos
Angelus Angelico conſociata choro eſt.

Freibergæ, Stanno Beutheriano.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-87945-p0001-3

SOCERUM

Mœſtiſsimum

VIRUM

Magnificum atq; Excellentiſsimum

DN. SEBASTIANUM Gottfried Starcken/

S.S. Theol. Doctorem Celeberrimum, Paſtorem atq; Superintendentem Freibergenſium vigilantiſſimum,

Filiolam

Natu-minimam

MARIAM CHR

Deſideratiſſima

amare-lugentem

σύνθρηνος Gen

JOH. MICHAEL Strauß/ S

& Superintend. Hert

Solatur

Elegia ſeqventi

HÆc rerum eſt facies: miſc
Gaudia non dur
Ludit in humanis ſo
Ut crux mox luc ... et;
Si non anticipat, ſeqv
Luctum indiviſ
Heu! mihi teſtis eris, qv
Tædis, mox fœdat t
Tu Reverende SOCER, ſimul ac
Cum PROSOCRU PROSOCER
Mox patrius luctus pia gaudia noſtra
Extorqvet lachrymas mors ino
O, qvam ſunt tenui pendentia
Et qvæ vix cœpit, qvam cit
Infanda heu! celeri dedit argumenta
Omnibus exceſſus, parvula Na
Qvum tamen inſanô haud flect
Nec qvid ſingultûs ingem
Hinc lachrymas nimias lamenta ſup
Pectore proſcribo, nec moder
Eſt modus in luctu ſunt certi de
Qvos ultro haud poterit lu
Qvare Chare SOCER, SOCRUSq
Jova-dator natam, qvam
„ Qvos Ipſe elegit, qvos deperit arct
„ Mature & noſtris ſurripit ex
„ Ne fortaſſe illos fœcunda hæc tem
„ Turpificant, animæ concipia
Siſtamus lachrymas nam cœlica gau
Paſcitur aſpectu, Nata tenell
Sancta ſalutiferos Chriſti nunc ſpectat ocellos
Angelus Angelico conſociata choro eſt.

Freibergæ, Stanno Beutheriano.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-87945-p0003-4